



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij Francisci Lamberti Auenionensis

Lambert, François

Argentorati, 1525

VD16 B 3868

Quàm diuerso modo, propter Ionam & Christum, oriatur aut ceſet  
te[m]peſtas. Capvt VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35983**

FRANC. LAMB. IN IONAM

sint. 10. 8. Deniq; ipse uerus **Ionas Dominus IESVS**  
**Christus**, zelat quàm maxime pro gloria patris summi.  
**V**nde & passim in euangelijs, eius bonitatem, gloriam, et  
magnitudinem prædicat. **H**anc calcant pietatis hostes, hi  
maxime, qui uerbo gloriæ & ueritatis suæ, ac magnitudi-  
ne nominis eius, ad sua mendacia & inuenta abutuntur.  
**H**i sunt qui patrem simul cum filio blasphemant, quibus  
& conuenit **Christi** sermo. 10. 6. Ego honorifico patrem  
meum, et uos inhonorastis me. **Q**uod enim **Pharisæi** olim  
de sermonibus & persona **Domini IESV Christi**, hoc  
nostri seculi **Pharisæi**, de ueritatis concionatoribus &  
**Prophetis** dicunt, nempe quod ob **Dei** eloquia, quæ pro-  
nunciant, **Dæmonium** habent. **Q**uod autem fit contra mi-  
nistros sermonum **Christi**, ac fideles seruos eius, eo quod  
serui eius sint, haud secus habet ipse **Christus**, atque si si-  
bi fieret. **Matth. 25.**

Quàm diuerso modo, propter **Ionam** &  
**Christum**, oriatur aut cesset tēpestas

C A P V T VI.

**Ionæ** **Deo** nõ adqueſcentis præſentia, turbauit mare,  
contra nauem, absentia autem tranquillum fecit. **At Do-**  
**mini IESV Christi** præſentia, pacem reddit, quæ eo ab-  
ſente nullibi eſt: **Q**uidam hic dicunt, quod propter **Chri-**  
**ſtum** etiam,

stum etiam orta fuerit in mūdo tempestas, eo quod homo per id ceciderit, quod **Dei** sapientiam, quæ ipsi **Christo** attribuitur, concupiuit. Sed nō ita est, nisi per occasionē, & improprie dicitur, propter eum exorta fuisse tempestas. **Caro** namq; in causa fuit huius tempestatis, quod **Domino** minime adqueuerit, sed magis serpenti cōsenserit. **Tempestatem** intellige, quod omnes eramus natura filij iræ. **Quæ** tum quieuit & tranquillitas redijt, dum pro nobis carnem adsumpsit unigenitus **Dei**. **Redit** autem cui libet fidei ex fide, & omnibus redijt à principio, mox ut in eum crediderunt, etiam antequam ueniret in carnem. **Ergo** uniuersis quibus non adest ex fide **Christus**, non nisi intranquillitas, & **Dei** ira esse potest. **His** autem, quibus adest, etiam inter gladios, ignes, & quæcunq; mala, pax est, omnem sensum exuperans. **Quæ** idcirco omnem sensum exuperare dicitur, quod inter grauiora mala, pacem esse, homo capere non possit.

**De eo quod Ionas fuit missus in mare,  
& glutitus à Ceto.**

**C A P V T VII.**

**Testimonio ipsiusmet Domini Seruatoris IESV Christi, Matth. 12. & Lu. 11. sue mortis, sepulture, & resurrectionis figura, præcessit in Iona. Sicut ait. fuit Ionas in uentre**